

qui nihil profuerunt populo huic dicit dominus. Si igitur interrogauerit te populus iste vel propheta aut sacerdos dicens: quid est onus domini? dices ad eos: Vos estis onus. Propheta quippe: vos dicit dominus. Et propheta et sacerdos et populus qui dicit onus domini: uisitato super uirum illum et super domum eius. Hec dicetis unusquisque ad proximum et ad fratrem suum. Quid respondit dominus: et quid locutus est dominus? Et onus domini ultra non memorabitur: quia onus erit unicuique sermo suus. Et perueristis uerba dei uiuentis: domini exercituum dei nostri. Hec dices ad prophetam. Quid respondit tibi dominus: et quid locutus est dominus? Si autem onus domini dixeritis: propter hoc hec dicit dominus. Quia dixistis sermonem istum onus domini: et misi ad uos dicens: nolite dicere onus domini: propterea ecce ego tollam uos portans: et derelinquam uos et ciuitatem quam dedi uobis et patribus uestris a facie mea: et dabo uos in opprobrium sempiternum: et in ignominiam eternam que nunquam oblivione delebitur. **XXIII**

Qualatbi pleni ficis positi ante templum domini postquam transfulit nabuchodonosor rex babilonis iechoniam filium ioachim regem iuda et principes eius et fabri et inclusorem de hierusalem et adduxit eos in babilonem. Qualatbus unus ficus bonas habebat nimis: ut solum ficus esse primi temporis. Et qualatbus unus ficus habebat malas nimis: que comedi non poterat: eo quod essent male. Et dixit dominus ad me. Quid tu uides hieremia: Et dixi: Ficus bonas bonas ualde et malas malas ualde que comedi non possunt: eo quod sint male. Et factum est uerbum domini ad me dicens: Hec dicit dominus deus israel. Sicut ficus he bene sic cognoscam transmigrationem iuda quaz emisi de loco isto in terram chaldeorum in bonum: ponam oculos meos super eos ad placandum. Et reducam eos in terram

banc: et edificabo eos et non destruam: et plantabo eos et non euellam et dabo eis cor ut sciant me quia ego sum dominus. Et erunt mihi in populum: et ego ero eis in deum quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessime que comedi non possunt eo quod sint male: hec dicit dominus: sic dabo sedechiam regem iuda et principes eius et reliquos de hierusalem qui remanserunt in urbe hac: et qui habitant in terra egypti. Et dabo eos in reparationem afflicti onemque omnibus regnis terre: in opprobrium et in parabolam et in prouerbiu et in maledictionem in uniuersis locis ad que eieci eos: et mittam in eis gladium et famem et pestem donec consumantur de terra quaz dedi eis et patribus eorum.

XXV

Uerbum quod factum est ad hieremiam de omni populo iude in anno quarto ioachim filij iosie regis iuda: ipse est annus primus nabuchodonosor regis babilonis. Et locutus est hieremias propheta ad omnem populum iuda et ad uniuersos habitatores hierusalem dicens. A terdecimo anno iosie filij ammon regis iuda usque ad hanc: ipse est tertius et uicesimus annus: factum est uerbum domini ad me: et locutus sum ad uos de nocte consurgens: et loquens: et non audistis. Et misit dominus ad uos omnes seruos suos prophetas consurgens diluculo mittensque et non audistis: neque inclinastis aures uestras ut audiretis eorum diceret. Reuertimini unusquisque a uia sua mala: et a pessimis cogitationibus uestris: et habitabitis in terra quam dedit dominus uobis et patribus uestris a seculo et usque in seculum. Et nolite ire post deos alienos ut seruiatis eis adoretisque eos neque me ad iracundiam prouocetis in opibus manuum uestrarum: et non affligam uos. Et non audistis me dicit dominus: ut me ad iracundiam prouocaretis in opibus manuum uestrarum in malum uestrum. Propterea hec dicit dominus